

ánimam osténdit, ut neque Fílio suo pepércerit.

R. Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris : * Et vos símiles hominibus expectántibus dómimum suum, quando revertátur a núptiis.

V. Vigiláte ergo, quia nescitis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. — Et vos. Glória Patri. Et vos.

Lectio ix.

SI non est nobis satis ad salutem, quod virtuosé ipsi vivámus, sed

opórtet aliórum salutem ipsa desideráre; cum neque nos recte vivámus, neque álios hortémur, quid respondébitis? quæ nobis spes salutis réliqua erit? Quid majus, quam ánimis moderári, quam adolescentulórum fingere mores? Omni certe pítore, omni certe statuario, ceterisque hujúsmodi ómnibus excellentiorem hunc duco, qui júvenum ánimos fingere non ignóret.

Te Deum laudámus.



URBIS ET ORBIS.

Ad humillimas preces Rev. Fr. Robustiani, Procuratoris Generalis et Postulatoris Congregationis Fratrum Scholarum Christianarum, ab infrascripto Cardinali Sacro Consilio legitimis Ritibus cognoscendis ac tuendis Praefecto relatas, Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII, ex ipsius Sacrae Congregationis consulto, benigne concedere dignatus est, ut Festum S. Joannis Baptista de la Salle Conf., cum Officio et Missa de Communi Conf. non Pont., exceptis Oratione et Lectioibus secundi ac tertii Nocturni propriis, sub ritu duplici minori, die decimaquinta Maii, post annum 1902 ab universa Ecclesia quotannis recolatur; mandavitque ut Calendario Universali ac novis editionibus Breviarii et Missalis Romani ejusmodi Festum cum supradicto Officio ac Missa (de eodem Communi *Os justí*, praeter Orationem et Evangelium) inscribatur, nec non Ellogium, prout huic praecipit Decreto, Martyrologio Romano inseratur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 10 Februarii 1901.

Concordat cum suo originali. In fidem etc.

Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis die 15 Martii 1901.

† D. PANICI Archiep. Laodicen. S. R. C. Secret.

IMPRIMATUR.

Tornaci, die 2 Aprilis 1901.

VICT. DUREZ, Vic. Gen.

Typis Societ. S. Joannis Evang. — Romae-Tornaci-Parisiis.



**Officia Propria
Sanctorum Hispanorum.**

PARS ÆSTIVA.

FERIA VI.

POST OCT. CORP. CHRISTI.

SS. Cordis Jesu.

Duplex j. classis.

Officium ut in fine Breviarii, (Invit. Cor Jesu.)

DOM. III. POST PENTEC.

Purissimi Cordis

B. M. V.

Duplex majus.

Officium fit ut in fine Breviarii, Dominica post Octavam Assumptionis.

DIE VIII. MAIL.

Festo in honorem

SS. Trinitatis

ob conversionem Gothorum. Duplex majus.

Officium ut in Festo SS. Trinitatis, in Breviario, praeter sequentia.

IN UTRISQUE VESPERIS.

Hymnus.

C Armen, antiqui memor usque doni, Pangat Hispanus Triadi supérnae, Coelium plaudat récinens ab alto

Æthere coetus.

Nátio late dómínans Gothórum,

Labe doctrinæ maculáta, demum

Novit errórem, recipitque toto

Pectore Christum.

En dies clari rédeunt novúmque

Lumen, hispána regione cedit

Hæresis frendens, nigra luctuosæ

Noctis imágo.

Sic, noto nubes removén-
te, solis
Fúlgurat vultus, zéphyro
tepénti
Sic hiems terris fugit et
renidet

Flóridus annus.
Mente concórdi celebrén-
tur una,

Ut pares ambo, Pater at-
que Verbum

Quodque non impar ab
utróque spirat,
Flamen amoris.

Amen.

AD MATUTINUM.

Hymnus.

Patris elúsa feritáte
vectus

Jam triumpháli super
astra curru,

Lucis æternæ capiébat
auras

Hermenegildus.

Non tamen caræ pátriæ
nec ille

Fratris oblitus, róseum
cruórem

Exhibet Christo, fideique
semen

Créscere poscit.

Annuens votis Deus exci-
távit

Præditum magnis méritis
Leándrum,

Tota gens cujus sapién-
te dextra

Ducta regátur.

Ut poli sedes, meliúsque
regnum

Mártyrem Regem dócuit
subíre

Sic parem cura, studióque
fratrem

Format alúmnum.

Lætus huic æquam Reca-
rédus aurem

Præbuit, tanto dócilis ma-
gistro,

Mente doctrínam bibit au-
reósqe

Péctore mores.

Mente concórdi celebrén-
tur una,

Ut pares ambo, Pater at-
que Verbum

Quodque non impar ab
utróque spirat,

Flamen amoris.

Amen.

In II. Nocturno.

Lectio iv.

Ostquam Hispánia
sub Gothórum
impérium cécidit,

ariána hæresis ab eis in-
vécta miserábiles strages

édidit. Huic nefáriæ se-
ctæ Leovigildus rex ad-

dictus cum multa alia in
Cathólicos perpetrávit,

tum filium Hermenegil-
dum magnæ spei juvé-

nem, et orthodoxæ fidei
præcéptis a sancto Leán-

dro imbútum, crudéliter
occídi jussit, quod de Aria-

nórum manu Communió-
nem accépere recusáret.

Subínde, cum pater inno-
céntis filii vitam sanctis-

sime actam ánimo revól-
veret, Recarédu, álte-

rum filium, ejúsdem Leán-

dri disciplinæ trádidit, ut
ex ea schola talis prodíret
Recarédu, qualis prodíer-
at Hermenegildus. Nec
spem feféllit événtus. Nam
indeféssi Præsulis institu-
tió nibus ádeo profécit
Recarédu, ut, rerum po-
titus, pópulos omnes sibi
subjéctos, non vi et minis,
sed ratióne et persuasió-
nibus ad Ecclésiám cathó-
licam tradúxerit. Itaque
concilium Toléti congre-
gári curávit, quo ariána
hæresis palam ejuráta
damnarétur.

R. Tunc acclamátum
est in láudibus Dei, et in
favóre principis ab uni-
verso Clero : Glória Deo
Patri, et Filio, et Spirituí
sancto. * Cui cura est
pacem et unitátem Ecclé-
siæ suæ sanctæ cathólicæ
providére. **V.** Glória Deo
nostro Jesu Christo, qui
prétio sanguinis sui Ecclé-
siám cathólicam ex ómni-
bus géntibus congregávit.
— Cui cura.

Lectio v.

Episcopi cathólici se-
xaginta duo ad cele-
brándum concilium con-
venérunt, quod inter To-
letána tértium órdine est,
et magnam semper vene-
ratió nem hábuit. In pri-
mis Recarédu Patres ad-
hortátus est, ut vigiliis,
jejúniis, accensisque apud

Deum précibus sese com-
parérent ad ecclesiásti-
cam disciplinam iniqui-
táte témporum collápsam
statútis légibus instaurán-
dam. Deinde gravi et effi-
cáci oratióne, in qua miri-
fici pietátis sensus emicá-
bant, immortáles grátias
Deo egit, et incredibili
gáudio se exsultáre dixit,
quod divíno auxilio adjú-
tus non solum gentem
suam, sed Suévos quoque,
paulo ante in suam ditió-
nem redáctos, aliéno ab-
errántes vitio, ad veritátis
viam et Ecclésiæ unitá-
tem revocásset. Præcláre
demum perorávit, cum
pópulos convérsos Episco-
pórum diligéntiæ commi-
sit, ásserens ætérnam hanc
sibi fore coronam, si, quos
ipse ad fidem addúxerat,
in ea fundáti, optiméque
constitúti Episcopórum
vigilántia permanérent.
Hac hábita oratióne piis-
simus Rex ante Episco-
pos, tamquam ante conspé-
ctum Dei, ut dixit,
consistens, fórmulam Fi-
dei a se subscriptam pró-
tulit, qua doctrina cathó-
lica de sanctíssima Trini-
táte continebátur.

R. Glória Deo nostro
Jesu Christo, qui tam illú-
strem gentem unitáti veræ
Fidei copulávit, et unum
gregem et unum Pastó-

rem instituit. * Tu es Deus qui facis mirabilia. **V.** Redemisti in brachio tuo populum tuum. — Tu es Deus.

Lectio vi.

Insignem religiosi Principis pietatem universum concilium laetis faustisque acclamationibus excepit, quas multae deinde synodi sunt imitatae. Ariani Episcopi alique proceres, exemplum Regis sequuti, professionem fidei pariter scriptam obtulerunt. Quibus peractis, multa sancte et utiliter in concilio stabilita sunt; sed illud potissimum Recaredi consilio et suasionem, ut in Missae sacrificio symbolum fidei, more Ecclesiae orientalis, clara voce diceretur; quae nulla antiquior in Ecclesia occidentali, memoria exstat symboli in Missae sollemnibus recepti. Sanctus Leander luculentam homiliam habuit, qua omnium animos ad laetitiam, et ad diem festum celebrandum excitavit, magnopere cohortans, ut pro regis regnique temporali felicitate, aeternaeque gloriae consecutione divinam Majestatem deprecarentur. Porro, auspiciatissimae hujus conversionis memoria saeculari decima tertia

sollemniter celebrata, rogantibus Episcopis Hispaniae universis, ut Officium et Missa concederetur in honorem Sanctissimae Trinitatis ob conversionem Gothorum, Leo decimus tertius Pontifex maximus benigne annuit anno millesimo octingentesimo nonagesimo primo.

R. Benedictus Dominus Jesus Christus: * Qui habitare fecit fratres in unum. **V.** Dominus pacis det nobis pacem sempiternam. — Qui. **Gloria Patri. Qui.**

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vij. Cap. 28. c.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Et reliqua.

Homilia sancti Leandri Episcopi.

(In Act. Conc. Tolet. III.)

Estivitate hanc omnium esse solemniorem festivitatum novitas ipsa significat. Quoniam sicut nova est conversio tantarum plebium causa, etiam nobiliora sunt solito Ec-

clesiae gaudia: nam multas solemnitates per anni discursum celebrat Ecclesia, in quibus tametsi habet gaudia consueta, nova vero sicut in hac non habet; aliter enim gaudet de rebus semper possessis, aliter de lucris magnis his nuper inventis. Pro qua re et nos majoribus gaudiis elevamur, quia repente novos Ecclesiarum parturisse populos intuemur, et quorum asperitatem quondam gemebamus, de eorum nunc gaudemus credulitate. Ergo materia gaudii nostri tribulationis praeteritae occasio fuit. Gemebamus, dum gravaremur; sed gemitus illi idegerunt, ut hi qui per infidelitatem nobiserantsarcina, fierent nostra per suam conversionem corona.

R. Benedicamus Patrem et Filium cum sancto Spiritu: * Laudemus et superexaltamus eum in saecula. **V.** Benedictus es, Domine, in firmamento caeli, et laudabilis et gloriosus in saecula. — Laudemus.

Lectio viij.

Exulta ergo et laetare Ecclesia Dei; gaude et consurge, unum corpus Christi; induere fortitudine, et júbila exulta-

tionem, quoniam tui moerores in gaudium sunt mutati, tristitiae habitus in amictum laetitiae versus est. Ecce repente oblita sterilitatis et paupertatis tuae uno partu populos innumeros genuisti Christo tuo. Nam dispendiis tuis proficis tuoque damno subcrescis; tantus denique est Sponsus tuus, cujus imperio regeris, ut dum te patiatur depradari ad modicum, rursum praedam tuam ad te reducat, et hostes tuos tibi conquirat. Sic autem agricola, sic piscator, dum lucra attendit futura, quae seminat et quae hamo ingesserit, non imputat damna. Tu proinde jam ne fleas; ne lugeas, temporaliter quosdam recessisse a te, quos cernis cum magnis lucris rediisse ad te.

R. Duo Seraphim clamabant alter ad alterum: * Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth. * Plena est omnis terra gloria ejus. **V.** Tres sunt qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum et Spiritus sanctus: et hi tres unum sunt. — Sanctus. **Gloria Patri. Plena.**

Lectio ix.

Ergo, fratres, tota caritate animi exultemus in Domino, et jubile-

mus Deo salutári nostro. Parietem enim discórdiæ, quem fabricáverat diábolus, pax Christi destrúxit, et domus quæ divisióne in mútuam certábat cædem, uno jam Christo lápide angulari conjúngitur. Dicámus ergo omnes : Glória in excélsis Deo, et in terra pax homínibus bonæ voluntátis. Nullum enim præmium caritati compensátur. Inde omni gáudio præpónitur, quia pax et caritas facta est, quæ ómnium virtútum óbtinet principátum. Súperest autem ut unánimiter unum omnes regnum effécti, tam pro stabilitáte regni terréni, quam pro felicitáte regni cœlestis Deum précibus adeámus, ut regnum et gens, quæ Christum glorificávit in terris, glorificétur ab illo non solum in terris sed etiám in cœlis. Amen.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES.

Hymnus.

UT Gothus labem scéleris vetústi
Eluat, Christi répetens ovile,
Ampla Toléti récipit vocátos
Régia Patres.
Affluunt omni Próceres
ab ora,

Qui Pyrenæos tenuére saltus,
Quosque ab extrémis mare fabulósum

Discidit Afris.

Præsides cleri populíque rite

Hæresim damnant, præeúnte Rege,

Tresque Persónas profiténtur, unum

Numen adorant.

Hanc fidem ductu réti-
nent Leándri,

Quam nec irrepens labefáctet error,

Ulla neu longo revolúta cursu

Pólluat ætas.

Mente concórdi celebré-
tur una,

Ut pares ambo, Pater at-
que Verbum,

Quodque non impar ab
utróque spirat,

Flamen amoris.

Amen.

DIE X. MAII.

B. Joannis de Avila,

Conf. Presbyteri Sæcularis Magistri nuncupati Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontif. præter sequentia.

Oratio.

Bonórum ómnium largítor Deus, qui beátum Joánnem Confessórem tuum, in animábus ad salutis viam dirigén-

dis, et peccatóribus ad pœniténtiam reducéndis, Magístrum admirábilem effecisti : concéde quæsumus; ut ejus vestigiis júgiter inhæréntes, glóriam consequámur ætérrnam. Per Dóminum.

In j. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno.

Lectio iv.

Joánes de Avila, cognométo Magister, Almodovárii, in Hispániæ diocési Cluniénsi, honésto loco natus, jam tum a püero insignia pietátis et innocéntiæ exhibuit specimína. Humanióribus litteris multa cum ingénii laude eruditus décimum quartum ætátis annum agens, Salmánticæ ad juris disciplinas ánimum adhibuit; quo in stúdio cum sédulo versarétur, cœlesti luce súbito collustrátus, donnum rédiit ac mundi despectis illécebris, afflictádo cõrpori omnibúsque virtútibus exercéndis totum se addixit. In hoc vitæ genere triénno sese exércuit, eo autem elápsso, pii cújúsdam viri mónitis obsecúndans, philosophicas ac theológicas sciéntias ediscéndas suscepit, quo nempe divinæ glóriæ amplificándæ áptius in-

struerétur. Sacérdos factus acquiréndæ perfectiónis stúdiu longè auxit; nec multo post, apostólici ministérii flagrans desidério, sacras apud Indos expeditiões cogitare cœpit.

R. Honéstum fecit.

Lectio v.

Quaprópter, património in páuperes erogáto, Episcopo Tlascalénsi in Méxicu profectúro ultro cõmitem sese óbtulit. Attamen, quum Hispali secúndum navigádo tempus prætolaretur, Hispalénsis Archiepiscopi suasióne et consilio, Mexicánæ expeditiõni apostólicos in Hispánia labóres prætulit. Iis igitur máximo cum ardóre susceptis, in eisdem per annos quadraginta quinque, ad mortem usque, constantissime perseverávit. Præcipuæ Bæticæ urbes sacris concionibus ab eo excúltæ. Mirus vero inter concionándum ex ejus vultu atque óculis émicans splendor tantam vim verbis adjiciébat, ut fructus retulérit ubérrimos : exstinctas simultátes, factiõnum partes inter se compositas, vitia eradicáta, invéctam ubique morum integritatem; ut non immérito Joánes Bæticæ apósto-

lus ac magister sit appellatus.

R. Amavit eum.

Leccio vij.

Sacris vero concionibus cetera etiam ecclesiastici muneris et caritatis opera addēbat : nam confessiones excipere, pueros fidei elementa docere, ægrōtos invisere, morientibus astare, egēnos et miseros omne genus solari, quotidiana ejus erat sollicitudo. Hæc autem inter libros quoque scripsit cœlesti plenos sapientia, divinasque Scripturas e cathedra commentariis illustravit. Sancto Ignatio de Loyola in propaganda per Hispaniam Societate Jesu máximo fuit adjumento. Sanctis vero Joanni de Deo, Francisco Borgia, Petro de Alcántara et Teresie a Jesu consiliis adfuit. Romani Pontifices, quibus fuit apprimē carus, sæpe ejus opera usi sunt. Tandem laboribus morboque diutino confectus, sacramentis rite susceptis, Jesu et Mariæ nomina suavissime ingeminans, Montiliæ obdormivit in Domino Idus Maii anno millésimo quingentésimo sexagésimo nono, ætatis septuagésimo. Miraculis post mortem a Deo illustratum

Leo décimus tertius Pontifex máximus in Beatorum catalogum rétulit.

R. Iste homo.

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Leccio vij. Cap. 10.

In illo tempore : Designavit Dominus et alios septuaginta duos : et misit illos binos ante faciem suam, in omnem civitatem et locum, quo erat ipse venturus. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

Homil. 17. in Evang.

Dominus et Salvator noster, fratres carissimi, aliquando nos sermonibus, aliquando vero operibus admonet. Ipsa etenim facta ejus præcepta sunt : quia dum aliquid tacitus facit, quid agere debeamus innotescit. Ecce enim binos in prædicationem discipulos mittit : quia duo sunt præcepta caritatis, Dei videlicet amor, et proximi : et minus quam inter duos caritas haberi non potest. Nemo enim proprie ad semetipsum habere caritatem dicitur : sed dilectio in alterum tendit, ut caritas esse possit.

R. Iste est.

Leccio viij.

Ecce enim binos ad prædicandum discipulos Dominus mittit : quatenus hoc nobis tacitus innuat quia qui caritatem erga alterum non habet, prædicationis officium suscipere nullatenus debet. Bene autem dicitur, quia misit eos ante faciem suam in omnem civitatem et locum, quo erat ipse venturus. Prædicatores enim suos Dominus sequitur : quia prædicatio prævenit, et tunc ad mentis nostræ habitaculum Dominus venit, quando verba exhortationis præcurrunt : atque per hoc veritas in mente suscipitur.

R. Sint lumbi.

Leccio ix.

Inc namque eisdem prædicatoribus Isaias dicit : Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. Hinc filius Psalmista ait : Iter facite ei, qui ascendit super occasum. Super occasum namque Dominus ascendit : quia unde in passione occubuit, inde majorem suam gloriam resurgendo manifestavit. Super occasum videlicet ascendit : quia mortem quam pertulit, resurgendo calcavit. Ei ergo qui ascen-

dit super occasum, iter facimus, cum nos ejus gloriam vestris mentibus prædicamus, ut eas et ipse post veniens, per amoris sui præsentiam illustret.

Te Deum.

DIE XII. MAII.

S. Dominici Calceatensis

Conf. Semiduplex.

Omnia de Comm. Conf. non Pont. præter seq.

Oratio.

Clementissime Deus, qui beatum Dominicum Confessorem tuum egregiis virtutibus illustrare dignatus es : concede, quaesumus, ut cujus (hodie) natalitia celebramus, ejus intercessione a peccatorum nostrorum nexibus liberari, et illius consortio in caelis perfrui mereamur. Per Dominum.

In j. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente

In II. Nocturno.

Leccio ib.

Dominicus Calceatensis, Villorix in finibus Cantabrix illustri genere natus, qualis adulta futurus esset ætate, in juvenilibus annis plurima virtute et pietate monstravit. Itaque ante annum ætatis vigésimum divino succensus ardore,

mundana cuncta contemnens, Deo adhærere ejusque firmiter obedire mandatis secum studiose constituit. Id vero sub regulari disciplina se facilius consecuturum existimans, primum ad Abbatem valles Venariæ ordinis sancti Benedicti, deinde ad monasterium sancti Æmiliâni ejusdem instituti supplex accessit, ut in monachorum consortium admitteretur. Passus tamen utroque loco repulsam, Deo illum ad majora disponente, in oratione assidua variisque corporis cruciâtibz per quinquenium vitam duxit eremiticam in deserto Burébæ, constructo humili tugurio et Deiparæ Virgini sacello.

R. Honestum.

Lectio v.

Audita porro fama sanctissimi viri Gregorii, Cardinalis Episcopi Ostiensis, Sedis apostolicæ legati, qui suis apud Deum precibus et salutariis ad populum monitis universam Cantabriæ et Navarræ regionem a multis liberavit ærumnis, ad eum Lucronii hærentem accessit, sub cujus disciplina mirum in modum profecit, nunquam ab eo passus divelli, donec vir

sanctus e vivis excessit. Tanto destitutus magistro denovo ad vitam regressus eremiticam eo constitit loco, quo nunc requiescit, haud procul a via regia, qua iter erat ad sancti Jacobi Compostellanam peregrinationem, densis silvis et latronum incurribus periculolum, paludibus et cœnosis anfractibus nimis molustum; transversis fluminis alluvione frequenter impervium.

R. Amavit eum.

Lectio vi.

Compasus itaque vir sanctus tot tantisque peregrinorum incommodis, Deo multis modis mirabiliter propitiante, silvam, nemora, lucos succidit, viam regiam longe lateque stravit, fluminis impetus, nobili superinducto ponte, qui etiam nunc cernitur, superavit; domum amplam peregrinis et egenis excipiendis edificavit, et Christo Salvatore templum, quod postea, confluentibus vicinis populis urbemque a sancti viri nomine nuncupatam construentibus, cathedra insignitum est episcopali. Multis demum virtutibus et miraculis illustris, superatis annis nonaginta, obdormivit in Domino, anno millésimo centésimo

nono, conditus in tumulo quem ipse ante annos septem sibi preparavit.

R. Iste homo.

In iij. Nocturno, Homilia. Sancti Evangelii. de Communi.

DIE XIII. MAII.

S. Secundi

Episc. et Mart. Duplex. Omnia de Comm. unius Mart. præter sequentia. Oratio. Infirmiâtem.

Commem. præcedentis.

Inj. Nocturno, Lectiones.

A Miléto. de Communi.

In II. Nocturno.

Lectio iv.

Secundus, Torquatus, Ctésiphon, Indalétius, Cæcilius, Hesychius, et Euphrasius integerrimæ vitæ socii, ab Apóstolis Petro et Paulo creati Episcopi, ad prædicandum Christi Evangelium in Hispaniam mittuntur. Qui prosperam (favente Deo) navigationem tenentes, Accim, Bæticæ Turdetanæ urbem, Guádix nunc vulgo nominatam, appulerunt; cumque ipsorum aliqui fessi ex itinere prope urbis mœnia quiescerent, alii urbem ad emendum cibum ingressi sunt. Sed eos multitudo infidelium, qui festum diem suorum deorum

agébant, extra urbem eiecit, factoque impetu ad fluvium usque persecuta est. In fluvio pons erat miræ magnitudinis et firmitatis, qui tunc, Dei nutu, cum infidelium multitudine, a qua occupatus est, corruit. **R.** Honestum.

Lectio v.

Quo miraculo ceteri perterriti, respuentes idola in Christum crediderunt, imitati Lupariam quamdam senatricem magnæ auctoritatis mulierem, quæ divino instinctu Sanctos Dei benigne excepit, et in Christum credidit, et ædiculam extruxit, quam Salvatori dedicavit. Post quæ Torquato Accis præfecto, reliqui diversis ejus provincie civitatibus evangelizarunt, in quibus Secundus, qui Abulam civitatem docendam suscepit, multis vitæ exemplo et prædicatione per Evangelium Deo genuit. Tandem post multos pro Christo toleratos labores moriens, suo sanguine Abulensem Ecclesiam Deo vero consecravit.

R. Desiderium.

Lectio vi.

Cum vero ejus corpus omnibus ignotum diu jacisset, anno millésimo quingentésimo décimo

nono divinitus inventum est. Nam cæmentarii dum labentem templi parietem demoliréntur, sub ejus fundaménto lapideam arcam invenérunt inscriptam his verbis : Sanctus Secundus ; e qua tanta odórum suavitas emanábat, ut templum et vicina loca perfunderet. Cántigit quoque in sancti corpóris testimónium, ut unus ex cæmentariis, hénia, morbo insanábili laborans, ad aspéctum sancti corpóris convalesceret. Quarum rerum percrescente fama, innúmeri hómines ad viséndum sancti Secúndi corpus venerunt, ac plerique váriis morbis laborántes, sancti Secúndi méritis sanáti sunt. Hujus sancti Epíscopi et Mártiris reliquiae multis illustratæ miraculis, in antiquíssimo templo, quod in Abulæ suburbio exstrúctum est, per longa témpora asservátæ sunt. Hinc in primárium urbis templum translátæ sunt, et in sacello ipsi Sancto dicáto recónditæ, ubi frequéti et incredibili totius pópuli devotióne colúntur.

R. Stola.

In iij. Nocturno, Homilia.
Si considerémus. de Comuni j. loco.

In Vesperis Commemor.
S. Bonifacii Martyris.

EADEM DIE XIII.

VEL ALIA DIE.

S. Petri Regalati
Confessoris. Semiduplex.
Omnia de Comm. Conf.
non Pont. præter seq.
(m. t. v.)

Oratio.

DEus, qui diléctum famulum tuum Petrum carne mortificátum ad delicias glóriæ tuæ assúmere dignátus es : concéde propítius, ut ad delectatiónes, quæ in dextera tua sunt usque in finem, méritis ejus et intercessiõe pervenire valeámus. Per Dóminum.

Commém. præcedentis.

In j. Nocturno, Lectiones
de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno.

Leccio iv.

Etrus, cognómén-
to Regalátus, Val-
lisoléti in Hispá-
nia nobilibus æque ac piis
paréntibus ortus, ab ipsa
puerítia non lévia dedit
futúræ sanctitátis indi-
cia. In illa namque ætate
nihil puerile sapiens, coæ-
quálium abstinébat con-
sórto, et in solitariis lati-
tándo recéssibus, uni va-
cábat rerum cœlestium
contemplatióni, jam tum
a Deo in benedictiónibus

dulcedinis prævéntus.
Flagellis, jejúniis, aliisque
pœnarum genéribus se
júgiter mácerans, carnem
intra subjecciónem spíri-
tus continébat, virgini-
tátis, quam ad mortem
usque servávit, sollicitus
cultor. His itaque exercí-
tiis ad strictiorem vivendi
formam se cómparans, ea
brevis jecit fundaménta,
quæ in heróica virtútum
mox consurrexere fasti-
gia. Minórum régulam
primum in pátria profes-
sus est, deinde in Aquile-
riáno cœnóbio restitútæ
observántiæ præcipuus
adjutor et promótor fuit,
cujus tam rigidi institúti
primórdia ávide complé-
xus, firmiter tenuit et
plene consummávit.

R. Honéstum fecit.

Leccio v.

Siléntium illi perpé-
tuum, somnus bre-
vissimus, juges ex dono
lácrymæ, quibus præci-
pue in sacro conficiendo
mystério perfundebátur,
flagellatiónes cruéntæ, in-
cessus nudis pédibus, ve-
stis túnica una lácera et
hispidá, lectus vel pálea
vel humus : jejúnium juxta
sui institutóris exéplum,
ad novem quadragésimas
usque protráctum, cibús-
que ut plúrimum panis et
aqua. Evangélicæ pau-

perátis miríficus propu-
gnátor et custos, ob cujus
exquisitam observántiam
in graves étiam, et fre-
quéntes offéndit injúrias,
quas immóto alacrique
ánimo súbiens, divinam
pro calumniántibus et op-
pugnatóribus exorábat
cleméntiam. Quanto in
Deum exardéscebat amó-
re, ex eo potissimum ap-
paruit quod si áliquis in-
venisset leprósos, domum
addúceret, eorúmque úl-
cera lingua étiam detér-
geret. Fratrum régimen
subire coáctus, ómnibus
númeris explévit officium,
et quos priváto jam pri-
dem informárat, público
deinde confirmábat exém-
plo.

R. Amávit eum.

Leccio vj.

Aspérrimum vitæ ge-
nus Aquilériæ in-
céptum, in convéntu de
Scala Cœli, ac Dúrii ri-
pam prope Vallisolétum
fundáto, firmiter stabili-
vit ; unde ad divérsas His-
pániæ Indiarúmque pro-
vincias exténsus est. An-
num dénique agens sexa-
gésimum sextum, austeri-
tate vitæ conféctus et
mortem sibi vicinam præ-
séntiens, Aquilériam per-
réxit, ut ibi Deo spíritum
rédderet, ubi rigorósi in-
stitúti sumpsit exórdium.

Febri corrēptus, alūmnis ad exactam régulæ observāntiam cohortātis, suāque benedictiōne munitis, ad illa verba : In manus tuas Dōmine commēdo spiritum meum, migrāvit in cœlum, pridie Kalēdas Aprilis, anno reparatæ salutis millésimo quadringentésimo quinquagésimo sexto. Cujus viri sanctitātis fama, quæ ubique jam percubuerat, regina catholica Elisabeth permōta, solēnni indicta processione et astāntibus nonnullis Episcopis et clero, ejus corpus, quod in commūni fratrum repositum fuerat sepultūra, in decentiōri et nobiliōri tūmulo reponēdum curāvit. Quare ex confluētium multitudīne, multis inde obtētis beneficiis recedēntium, servi Dei cultus mirifice propagātus est. Quo solēmniter a sacra Rituum Congregatiōne approbato, Innocētius Papa undécimus de ipso Missam et Officiū die décima tertia Maii celebrāri concessit.

R. Iste homo.

In *ij. Nocturno*, *Homilia*. Sancti Evangelii, fratres, de Communi.

In *Vesperis Commemor.* S. Bonifacii Mart.

DIE XV. MAIL.
S. Isidori Agricola
Conf. Matrī Patr. Dupl.
(Matrīti, Duplex j. classis
cum Octava.)

Omnia de Comm. Conf.
non Pont. præter sequen-
tia. (m. t. v.)

IN I. VESPERIS.

Capitulum.

Jac. 5.

S Cce agricola exspectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum et serotinum. Patientes igitur estote et vos, et confirmate corda vestra; quoniam adventus Domini appropinquavit.

Ad Magnif. Aña. Labores manuum suarum quia manducavit, esurientem implevit bonis Dominus Deus noster.

Oratio.

DA nobis, quæsumus misericors Deus, beato Isidoro Agricola Confessore tuo intercedente superbe non sapere: sed ejus meritis et exemplis placita tibi semper humilitate deservire. Per Dñm.

In I. Nocturno.

De Epistola beati Jacobi Apostoli.

Lectio j.

Cap. 5.

Eatientes igitur estote, fratres, usque ad adventum Domini. Ecce agricola ex-

spectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum, et serotinum. Patientes igitur estote et vos, et confirmate corda vestra: quoniam adventus Domini appropinquavit. Nolite ingemiscere, fratres, in alterutrum, ut non judicemini. Ecce iudex ante januam assistit. Exemplum accipite, fratres, exitus mali, laboris et patientiæ, Prophetas qui locuti sunt in nomine Domini.

R. Euge serve.

Lectio ij.

Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Job audistis, et finem Domini vidistis, quoniam misericors Dominus est, et miserator. Ante omnia autem, fratres mei, nolite jurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum. Sit autem sermo vester: Est, est: Non, non: ut non sub iudicio decidatis. Tristatur aliquis vestrum? Oret. Equo animo est? Psallat. Infirmatur quis in vobis? Inducat Presbyteros Ecclesiæ, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: et oratio fidei salvabit infirmum, et alle-

viabit eum Dominus: et si in peccatis sit, remittentur ei.

R. Justus germinabit.

Lectio iij.

Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, et orate pro invicem ut salvemini: multum enim valet deprecatio justi assidua. Elias homo erat similis nobis, passibilis: et oratione oravit ut non plueret super terram, et non pluit annos tres et menses sex. Et rursum oravit, et cœlum dedit pluviam, et terra dedit fructum suum.

R. Iste cognovit.

In *ij. Nocturno*, *Lectio-nes ut in fine Breviarii eadem die.*

In *III. Nocturno.*

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij.

Cap. 15.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

Lib. 7. Reg. 2. Ep. 32.

ER semetipsam Veritas dicit: Pater meus agricola est: et omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum; omnem vero qui fert fructum,

purgabit eum, ut fructum plus afferat. Palmes enim infructuosus tollitur, quia peccator funditus eradicatur. Palmes vero fructuosus purgari dicitur, quia per disciplinam reciditur, ut ad uberiorem gratiam perducatur. Sic enim spicarum grana tribulis attrita, aristis et paleis mundantur: sic olive prelo pressæ in olei pinguedinem defluunt: sic botri vinearum pressi calcibus, in vinum liquescunt. **R.** Iste est.

Ex eodem Tract. in septem Pss. Pœnitent. ad Ps. 6.

Lectio viij.

QUI manet in Verbo, non fraudatur a rege. Aliter namque fructum facere non possumus, nisi in eo maneamus. Ideoque ait: Manete in me, et ego in vobis. Ubi enim manendum nisi in ipso? Deficient domus, palatia corruent, destruentur civitates, ab imis sedibus turres evellentur: Verbum autem Domini manet in æternum. Maneamus ergo in eo, qui manet in æternum.

R. Sint lumbi.

Lectio ix.

NON sequamur vanitatem, deserentes veritatem: nec contristemur sicut ceteri qui spem

non habent, sed sustineamus eum. Et si moram fecerit, expectemus, ne contingat nobis quod per Prophetam dicitur: Væ his qui perdidērunt sustentiam. Quicumque mundanæ adversitatis fractus molestiis, diabolicæ tentationis infestatione dejectus, a spe cœlestium promissionum deciderit, sustentiam, quam prius habuerat, mercedem amittet: qui vero sustinebit, magnam reportabit remunerationem.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES.

Capitulum. Jac. 5.

Ecce agricola exspectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum et serotinum. Patientes igitur estote et vos, et confirmate corda vestra; quoniam adventus Domini appropinquavit.

Hymn. Jesu corona celsior. **V.** Justum deduxit.

Ad Bened. Aña. Exiit qui seminat seminare semen suum, et aliud cecidit in terram bonam, et ortum fecit fructum centuplum.

Oratio.

DA nobis, quæsumus misericors Deus, beato Isidoro Agricola Con-

fessore tuo intercedente superbe non sapere: sed ejus meritis et exemplis placita tibi semper humilitate deservire. Per Dominum.

AD TERTIAM.

Aña. Euge serve.

Capit. Ecce agricola, ut ad Laudes.

R. br. Amavit eum Dominus, * Et ornavit eum. Amavit. **V.** Stulam gloriæ induit eum. Et ornavit. **Gloria Patri.** Amavit.

V. Os justi meditabitur sapientiam. **R.** Et lingua ejus loquetur judicium.

AD SEXTAM.

Aña. Fidelis servus.

Capitulum. Jac. 5.

Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Job audistis, et finem Domini vidistis, quoniam misericors Dominus est, et miserator.

R. br. Os justi, * Meditabitur sapientiam. Os justi. **V.** Et lingua ejus loquetur judicium. Meditabitur. **Gloria Patri.** Os justi.

V. Lex Dei ejus in corde ipsius. **R.** Et non supplantantur gressus ejus.

AD NONAM.

Aña. Serve bone.

Capitulum. Jac. 5.

Multum enim valet deprecatio justi assidua. Elias homo erat similis nobis, passibilis:

et oratione oravit ut non plueret super terram, et non pluit annos tres et menses sex. Et rursus oravit, et cælum dedit pluviam, et terra dedit fructum suum.

R. br. Lex Dei ejus, * in corde ipsius. Lex Dei. **V.** Et non supplantantur gressus ejus. In corde. **Gloria Patri.** Lex Dei.

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in j. Vesperis præter:

V. Justum deduxit.

Ad Magnificat, Aña. Ecce homo agricola iste fuit, quoniam Adam exemplum ejus ab adolescentia sua, ad serviendum Deo viventi.

Vesperæ a Capitulo de S. Joanne Nepomuceno.

EADEM DIE XV. MAII
(aut alia die assignanda post Festum S. Isidori Agricolæ.)

S. Torquati

Episcopi et Mart. Duplex.

In Dicec. Guad. Duplex j. classis cum Octava.

Omnia de Comm. unius Mart. præter sequentia.

In j. Vesperis ad Magnificat, Aña. Gaude, felix Accitana civitas, quia in te recepisti beatum Tor-

quátum, fidem Christi prædicántem.

Oratio.

DEus, qui nos per beátum Torquátum Mártirem tuum atque Pontificem ad agnitiónem tui nóminis venire tribuísti : concède propitius, ut cujus natalítia cõlimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

In j. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In Diocesi Guad. A Miléto. de eod. Communi.

Notandum pro Archidiecési Hispalensi, quod sequentes Lect. ij. Nocturni etiam dicuntur in Festo SS. Torquati et soc. Mart. die xxij. Maii.

In II. Nocturno.

Lectio iv.

UO tẽpore primam in Christiãnos persecutiõnem Nero immanissimus imperãtor excitãvit, beatissimi Apóstoli Petrus et Paulus Torquátum, Ctesiphõntem, Secúndum, Indalétium, Cæcilium, Hesy-chium, et Euphrásium, beáti Jacóbi Apóstoli discipulos, Episcopos Romæ ordinãrunt, et ad prædicãdum Christi Evangé-lium in Hispãniã misèrunt. Cum autem ad eam provinciam pervenissent,

prope Accitãnam urbem in viridi campo, ut longitú-dine itineris lassãti ali-quãntulum quiescerent, constitèrunt. Cumque ad civitãtem victus emèndi causa áliquos misissent, pagãni, qui tunc forte deórũ suórum festa debacchãntes peragébant, visis divèrsi hábitus ac religiõnis peregrinis hominibus, in eos furèntes prosiliunt : et ad Sanctos pervenièntes, omnes páriter in fugam actos, usque ad flumen persequúntur.

℟. Honèstum fecit.

Lectio v.

SED ut viri Dei pontem pertransièrunt, pons qui miræ magnitudinis et firmissimus erat, concidit, et gentiliũ multitudinem Sanctos persequèntem páriter opprèssit ac demèrsit in aquas. Quo miraculo áccolæ térriti, eos póstea revocãre et in honóre habère cõpèrunt. In primis Lupãria quædam præclãra mûlier benigne illos suscepit, atque ab his fidem edõcta, in oratório, quod ipsa construxerat, baptizãta est. Cujus exẽmplo quamplúrimi in Christum credèntes, relictis idólis, Baptismi sacramèntum suscepèrunt.

℟. Desidérium.

Lectio vj.

HUjus igitur urbis (quæ tunc prima Christi Dómini fidem in Hispãnia recépit) beátus Torquátus Episcopus designãtus est : ac ceteris ad álias Hispãniæ terras abeúntibus, ipse Acci remãnsit, ubi multis pro Christo perfúntus labóribus, demum Martyr occúbuit. Ejus corpus in eãdem urbe (quæ nunc Guádix appellãtur) primo sepúltum est. Juxta cujus sepúlcrum olim arbor olivæ erat, quæ in natáli Mártiris florèbat simulque fructus úberes emittèbat : e quibus óleum exprèssum ad vários morbos curãndos adhibebãtur. Inde in Gallæciam translátum in quodam cænóbio órdis sancti Benedícti condigno honóre asservãtur. Sodãles sancti Torquãti, et ipsi in váriis úrbibus Episcopi constitúti, Christi Evangélium prædicãrunt, et in eis quievèrunt : Ctesiphon Vèrgii, Secúndus Abulæ, Indalétius Urci, Cæcilius Illiberi, Hesy-chius Cartèjæ, Euphrásius Illitúrgi : quorum cõrpora ad álias póstea Hispãniæ urbes translãta sunt.

℟. Stola jucunditãtis.

In iij. Noct. Homilia. Si considerémus. de Comm.

Ad Bened. Aña. Dum beátus Torquátus sanctum Jesu Christi Evangélium Accitãnis prædicãret, nóbilis matrõna, Lupãria nómine, fidem Christi suscepit, ad cujus exẽplum magna pars civitãtis baptizãta est.

In ij. Vesperis ad Magnificat, Aña. Beátus Antistes Torquátus in civitãte Accitãna a pagãnis necãtus, illústre fidei testimónium Christo Dómino reddidit.

**EADEM DIE XV.
VEL ALIA DIE.**

**S. Indaletii
Episcopi et Martyris.
Duplex.**

**In Dioc. Almer. Duplex
j. classis cum Octava.**

**Omnia de Comm. unius
Mart. præter sequentia.**

Oratio.

DEus, qui nobis ad primitias fidei propagãndas beátum Indalétium Mártirem tuum atque Pontificem tribuere dignãtus es : da quæsumus, ut quem festivo venerãmur obsèquio, ejus intercedèntibus méritis ætèrna gãudia consequãmur. Per Dóminum.

In j. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In Almer. A Miléto de eodem Communi.

In II. Nocturno.

Lectio iv.

Indalétius, cujus illústre nomen váriis Ecclésiæ fastis reperitur inscriptum, unus fuit e septem præcipuis sancti Jacóbi Apóstoli discipulis, qui a beáto Petro Episcopi póstmodum ordináti, et in Hispániam ad seminándum Dei verbum dirécti, primas ibidem episcopáles sedes fundavérunt. Is ergo una cum sóciis Torquáto, Ctesiphónte, Secúndo, Cæcilio, Hesychio, et Euphrásio laboriosissimum onus converténdi ad fidem Gentes, véterum errorum alióqui tenacíssimas, álacri gaudéntique ánimo suscepit. Quas illi fidénter sperábant a jugo diabóli divína virtúte solvéndas, quantum valídus éthnicæ superstitionis nexibus ligabántur. Inlyti ergo Christi athlétæ, cum post magna et árdua itinera Accim superióriis Bæticæ urbem pervenissent, vires aliquántum prope ipsam refectúri quiescébant; quo nímfrum die paganórum multitúdo illis, qui putántur dii, et non sunt, sacrilegum solénni pompa festum celebrábat. Cum autem áliquos ex discipulis ad eméndos cibos in ur-

bem misissent, bárbara gens, diabólico furóre acta irruit in servos Dei: quos fugæ se committétes, usque ad amnem non longe fluéntem persecúta est.

R. Honéstum.

Lectio v.

Ponssuper flumen erat miræ magnitudínis, ac tantæ firmitátis, ut nulli ævo cessúrus viderétur; quem cum sancti Antístites essent ingrési, numerosa persecutorum turma, sævum in ipsos impetum faciens ascendebat. Sed ecce repénte divínæ virtútis auxiliúm. Statim enim ac sancti viri transiérunt, ingens illa et eláta moles cum furéntium hóminum multitúdine horribili strépitu in profluéntem córruit. Céteri vero tanti miraculi evidéntia térriti, in seipso revérti cæpérunt; ac furóre in reveréntiam converso, ad servos Dei accurrétes, ut apud ipsos manérent, invitábant. Quo in officio pietátis céteris præfúlsit matróna de ordine senatório, Lupária nómine, quæ inspiránte Deo sacros Antístites benigne excépit, ab ipsisque fide instrúcta et baptizata, ædiculam pro sacris Christianórum exstrúxit; atque copiósam ségetem

inde in hórrea Dómini invenhétes, Torquatúmque ibi primum loci Episcopum relinquétes, céteri ad opus apostólici ministérii álibi exercéndum progrési sunt.

R. Desidérium ánimæ.

Lectio vj.

Indalétius autem Urcum, finitimam et olim magnitudíne célebrem civitátem, erudiéndam suscepit, ibique sedem figens, innúmeros filios vitæ sanctitáte et verbi virtúte Christo per Evangélium génuit. Ex quo mire per totam regiónem religio christiána, ejectione géntium idólis, propagáta est. Ipse autem multis confectus ærúmnis, ac imménsis superátis laboribus pro confessione Christi et fidei christiánæ propagatióne, méritis plenus ac miraculórum glória illustis, obdormívit in Dómino. Corpus ejus ibidem a Christiánis religiosissime sepúltum, post generálem Hispániæ devastatióne, ad monastérium sancti Joánnis Baptistæ, quod a Pina vocant, in Aragóniæ regno, divína providéntia translátum et honorificentissime tumulátum fuit. Sedes autem, nova prope Urcum exstrúcta urbe, quam mo-

do Almeriam vocant, Catholicórum regum pietáte restitúta est; ac Indalétium ut primum ejus fundatórem, ac præcipuum urbis et diocésis patrónum, summa omnes devotióne venerántur. Ad cujus augmentum Clemens duodécimus Pontifex máximus, ut acta ejusmodi in ejus festo legeréntur, benigne indúlxit.

R. Stola.

In iij. Noct. Homilia. Si considerémus. de Comm.

EADEM DIE XV.

VEL ALIA DIE.

S. Euphrasii

Episcopi et Martyri,
Dioc. Giennensis Patroni.
Duplex.

In Diocesi Giennensi,
Duplex j. classis cum Oct.
Omnia de Comm. unius
Mart. præter sequentia.

Oratio. Infirmítatem.

In j. Nocturno, Lectiones
de Scriptura occurrente.

In Gienn. A Miléto. de
eodem Comuni.

In II. Nocturno.

Ex Scripturis sancti Gregorii septimi, et ex S. Euphrasii in apologetico Martyrum.

Lectio iv.

Euphrásius Apóstolorum discipulus, cum Torquáto, Ctesiphónte, Secúndo, In-

dalétio, Cæcilio et Hesy-
chio Romæ a sanctissimis
Petro et Paulo Episcopus
ordinátus, in Hispánias
ad prædicándum verbum
Dei una cum illis ab
iisdem Apóstolis directus
est. Hic ergo et sócii, cum
váriis úrbibus destrúcta
idololatria christianitá-
tem fundássent, et reli-
gióne plantássent, ór-
dinem et officium in divinis
cultibus ostendissent, et
sanguine suo ecclésiás de-
dicássent, ea in provincia
divérsis in locis quievé-
runt, e quibus Euphrásius
Illitúrgi martyrii palmam
consecútus esse dicitur.
Ejus corpus pie recóndi-
tum est in loco, ubi basi-
lica ejus nómine Sisebúti
Hispániarum regis témp-
ore exstrúcta est. Cujus
basilicæ cum Saracénis
Hispánias occupántibus
nulla remansissent vesti-
gia, Dei tandem voluntá-
te factum est, ut recens
anno Dómini millésimo
quingentésimo septuagésimo
tértio exstrui cœpta
sit. In quam anno millé-
simo quingentésimo non-
agésimo séptimo, mense
Maio, beáti córporis pars
e parochiáli ecclésiá oppi-
di, cui Valdemáo nomen,
translátá, restitúta est.
Ubi religiósá veneratióne
summáque celebritáte et

máximo populórum con-
cúrsu cólitur.

R. Honéstum fecit.

Sermo sancti Joánnis
Chrysóstomi.

Lectio b.

In Orat. de S. Ignatio.

Tempus animadvér-
te, fratres, quo digni-
tatem episcopálem beátus
Euphrásius est assecútus.
Neque enim eadem est
nunc, quæ tunc erat, Ec-
clésiám gubernándi con-
ditio : ut non æquális est
labor, viam tritam et pla-
ne parátam, post multos
ingredi viatóres, atque
eam quæ nunc primo se-
cánda est, quæque præ-
rúpta et saxósa ferisq-
ue plena, nec ullum adhuc
viatórem admisit. Hoc
quidem témpore per grá-
tiam Dei nullum Episco-
pis periculum imminet :
sed pax úndique profun-
da, et tranquillitáte cun-
cti perfrúimur; cum pie-
tátis verbum orbis terrá-
rum términos occupárit,
et qui regna atque impé-
rium obtinent, eámdem
quam nos fidem studiósé
colant atque obsérvent.
Tunc autem nihil erat hu-
júsmodi, sed quocúmque
quis óculos vértet, ubi-
que præcipítia, bárathra
et bella et pugnae et peri-
cula. Imperatóres et re-
ges et pópuli et civitátes

et gentes et doméstici et
aliéni credéntibus insidias
tendebant.

R. Desidérium animæ.

Lectio bj.

Neque vero id solum
erat grave, sed étiam
quod credéntium plerique,
útpote tunc primum nova
dógmata degustántes, ma-
gna egébant sollicitúdine:
et erant imbecillióres, et
sæpe supplantábantur.
Quod quidem non minus
affligébat doctóres, quam
extérna bella : quin étiam
multo magis. Extérnae
enim pugnae atque insi-
diæ propter repósitæ mer-
cedis spem voluptátem
étiam aliquam afferébant.
Idcirco et Apóstoli gau-
déntes a conspéctu concilii
discedébant, quod vér-
bera pertulissent. Itaque
Paulus étiam clamat :
Gáudeo, inquiens, in infir-
mitátibus meis. Et semper
in tribulatióibus gloriá-
tur.

R. Stola jucunditátis.

In iij. Nocturno, Homilia.
Si considerémus. de Com-
muni.

DIE XVI. MAIL.

**S. Joannis Nepo-
muceni**

Mart. Duplex.

**Omnia de Comm. unius
Mart. præter sequentia.**

Oratio.

Deus, qui ob invictum
beáti Joánnis sacra-
mentále siléntium nova
Ecclésiám tuam martyrii
coróná decorásti : da no-
bis ejus intercessióne et
exémpló, linguam caute
custodire, ac ómnia pótius
mala, quam animæ detri-
méntum, in hoc sæculo
toleráre. Per Dóminum.

**In j. Nocturno, Lectiones
de Scriptura occurrente.**

In ij. Noct. ut in fine Brev.

In iij. Nocturno, Homilia.
Dóminus diem judicii. de
Communi iij. loco.

DIE XXI. MAIL.

**S. Felicis a Canta-
licio**

Conf. Semiduplex.

Omnia ut in fine Brev.

DIE XXII. MAIL.

VEL ALIA DIE.

**SS. Torquati et
sociorum**

**Episc. Mart. discipulorum
S. Jacobi Apostoli.**

Duplex.

(Ex decreto S. R. C.
12. Julii 1886. in Barchin.)

**Omnia de Communi unius
Mart. præter sequentia.**

Oratio.

Deus, qui nos post
beatissimum Jacó-
bum Apóstolum per beá-
tos Mártyres tuos atque
Pontífices Torquátum,